



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

71 Fortunæ ob instabilitatem eius nihil fidere, sed fragilitatis humanæ
semper meminisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

uerat: (*Plut. in Pelopide.*) aut defatiscat molli-
tie, nec perficere valeat, qua animo concipit,
(*Plato in Gorgia.*) Duo ab egregijs Principibus
expectantur, sanctitas domi, & in armis fortitu-
do: (*Aurel. Victor in Traian.*) & duo sunt, quibus
Resp. recte gubernantur, domi concordia, foris
fortitudo. (*Polyb. lib. 6.*) Sit labor in negotio, forti-
tudo in periculo, industria in agendo, celeritas
in conficiendo. (*Cic. pro lege Manil.*)

SIGNVM LXXI.

FORTVNAE, OB INSTABILITA-
tem eius, non fidere; sed fragilitatis hu-
mana semper meminisse.

*Fortuna
bil fidere.*

Sesostris (teste Nicephoro *lib. 18. cap. 39.*) Rex
Aegyptiorum illustris ac felix, opibusque
clarus, plurimas & maximas nationes seruituti
subegit, (sibi subiecit,) vnde (ex eo successu) in
proceram arrogantiam sublatus, curru ex auro
lapidibusque pellucidis ac pretiosis constructo vehi
solitus est, qui a quatuor Regibus, ab ipso deu-
ctis, traheretur. Cumque vnus ex Regibus sepe re-
spiciens rotam, quae voluebatur contemplaretur,
percontatus Sesostris, cur ita respectaret? (cuius
rei gratia oculos tam frequenter in rotam conij-
ceret?) *intuens rotam volubilitatem,* inquit ille, *cum
honore eam admiror, in qua summa cito sunt ima,
& cogito fortunae instabilitatem, alias excelsa hu-
miliantem, alias humilia exaltantem.* Cum Sesos-
tris istam parabolam, seu potius aenigma intel-
ligeret, noluit currum a Regibus deinceps trahi.

*Vide de
Superbia.*

FF 2

Hanc

Hanc historiam cum Theodorus Mauritiij Imperatoris Legatus Chagano Persarum Regi olim narrasset, barbari fastum sic contudit, vt vicis seu diuisio- rum humanarum memor, cum populo Romano pacem fecerit. Recte ergo ait Val. lib. 4. c. 7. *Cyrenae vindex insolentia est, varietas humana conditio.* & Lucan. lib. 1. *Summisq; negatum stare diu.* Et etiam Apelles interrogatus, quare fortunam sedentem pinxisset, respondit: *Quia stare locustae cit.* Hinc Ouid. 5. Trist. de ea sic canit:

*Pasibus ambiguus fortuna volubilis errat,
Nec manet in certo fixa tenaxq; loco.*

Et Iuuenal. Sat. 7.

Si fortuna volet, fies de Consule Rhetor.

Si voluit haec eadem, fies de Rhetore Caelus.

Pij Magistratus, non admittentes fictam laudem & commenticiam Ethnicorum Deam, Fortunam, sapientissimae potentissimi, ac praesentissimae gubernationi diuinae prouidentiae (quae circumstantum humanarum rerum voluit) se committunt. Deum liberrimum omnium rerum moderatorem, auctorem, & actorem extollunt, ipsiusque diuinae adorant.

2. Cræsus Lydorum Rex consultus à Cyrenaeo bello suscipiendo contra Tomyrin Reginam, qua tandem occisus est: *Si tibi, ait, esse videtur mortalis, nihil est opus, vt meam tibi sententiam dicam: sin verò te quoq; agnoscis hominem, illud primis discito, talem humanarum rerum creatorem esse, qui rotatus eosdem semper fortunatos esse sinist. Brus. lib. 2. c. 37. ex Herod. lib. 1. Solon dicebat ad Cræsum: Non est fas beatum censere, quia his vita fluctibus iactatur, antequam in gremio fortunae: Nā potest tempestas interuenire.* Hinc Lucan.

Lusus fortunæ variatur imagine Lune:

Crescit, decrescit, constans consistere nescit.

3. Cùm Philippo Macedoni nuntium esset allatum, vna die multas res feliciter ac prosperè gestas esse: (nam eodem tempore vicerat in Olympijs, & Parmenio Dardanenses prælio fuderat, & Olympias ipsi masculinum foetum erat enixa:) porre Ælis in cælum manibus, exclamauit: *O fortuna, pro tot tantisq; bonis, leui quopiam malo me affice.* Vir cordatissimus non insolenter gestijt ob rerum successum, sed fortunæ indulgentiam suspectam habuit, cuius ingenium esse nouerat, ut quibus exitium molitur, his prius nona rerum prosperitate blandiatur. (*Plut. Fulgos. lib. 7. c. 2.*) Paucis fortuna currum à carceribus ad metam sine offensa, aut euerfione perduxit.

4. Cùm Agrippa Rex iudaorum à Claudio Imp. auctus maioribus honoribus, ad cuius am sui regni esset missus, Car: nam auream à Caio Imp. sibi datam, pondere parem illi ferreæ, quæ regias manus vinxerat (monumentum aduersæ fortunæ mutata in prosperam) Hierosolymis suspendit in sacrario super Gazophylacium: quæ doctores spectatores, & sublimia posse corruiere, & Deum valere omnia erigere denuo. Omnes enim adhaerebantur per hanc catenam consecratam, quod Agrippa leui de caussa priuatus dignitate sit victus, pauloq; post, cõpedibus solutus, splendidiorem, quàm ante principatum adeptus sit: eã esse naturam rerum humanarũ omnium, ut celsissima quæque prolabantur facile, rursumq; inclinata restituantur in pristinum fastigium. (*Ioseph. antiq. lib. 19. c. 5. & lib. 18. c. 8.*)

5. Philippus, Rex iam iam nominatus post nobilem

lem in Cheronea victoriam, insolentius se gessit, factusq; paulo est asperior. Archidamum Agellai F. ista res malè habuit, istū ob prosperiores euentum ita cristas surrigere. Quare ita ad redendam ferociam scripsit: *si vmbra tantum mirti volueris, haudquaquam nunc maiorem deprehendes, quàm fuit ante victoriam.* (Eiusdem becillitatis alex nos sumus obnoxij.) Idem Philippus in palæstra prolapsus, cum surgens inpuere vidisset corporis vestigium: *Pape, inquit, vt minimam terra partem natura fortis, Ohi appetimus vniuersum.* At filij ambitioni Ohi fuit angustus.

6. *Catharina, Henrici VIII. Regi Angliarū* cere solebat, malle se fortunā moderatam, quam secundam, vel aduersam; quarum tamen altera si optanda esset, hanc potius, quàm illam degeret, propterea quod quibus fortuna acerba & misera, solatia nunquam desint: fortunarū rō, hoc est ijs, quibus omnia secunda profectaque accidunt, nec ratio, nec iudicium ad deū corruptus est animus lætitia rerum lucidarum.

7. *Alcibiadem Athen. imp.* quasi duæ fortunæ partitæ sunt, ait Valer. *lib. 6. c. 9.* altera, quæ tranquillitatem eximiam, abundantes diuitias, fortunam præstantis, fauorem ciuium propensum, summum ingenium assignauit: altera, quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam mortem influit, in qua hæc, aut illa simul vniuersa, sed variè complexa, freto atque æstui similima.

Rectè ergo ait *Seneca epist. 92.* Quid est, quod

100 fortuna, cùm voluit, ex florentissimo detra-
bat, & quod non eò magis aggrediatur & qua-
rit, quò speciosus fulget. Et Philoct. apud So-
phoc. *Extra damna qui pedes habet, qua ingruere
possunt prospicere debet mala.*

8. *Dionysius Syracusanus* naues possidebat 400.
pedestres copias ad centum millia hominum, e-
quitum nouem millia: ciuitas verò Syracusio-
rum maximis portibus erat instructa, mœni-
busque altissimis munita. Reconditum insuper
frumentum ad centum modiorum myriadas,
atque armamentarium scutis, gladijs, hastis, ti-
bialibus innumeris, thoracibus, & catapultis ple-
num: adhuc socijs infinitis foederatisque polle-
bat. His rebus confidens Dionysius, adaman-
tinum imperium obtinere se rebatur. Sed post-
quam eò furoris peruenit, vt fratres suos
morte multasset, vidit inde proprios filios cru-
delissime mactari, virgineum pudorem filia-
bus eripi, atque post illa nudas trucidari; af-
fines aut viuos comburi, aut disseccari, inque
mare proijci. Tandem ipse in extrema necessi-
tate vitam senex trasegit, sedensque in tonstri-
nifum hominibus commouit, atque in media
Græcia tyrriter versatus, miserrimam vitam tra-
duxit. *Ælian. var. hist. lib. 4.*

9. *Xerxes* exercitum longè copiosissimum, de-
cies centena millia hominum, in Græciam duxe-
rat: tandem ad Salaminem maximam cladem
passus, parua cymba fugiens, redijt in Asiam,
& aliquanto post Artabani gladio ceruicem e-
suam præbere coactus est. *Herodotus & Iustini.*

10. *De Agide* ait Plut. Qui breuissimo spatio
Ff 4 maxi.

*Ludibrium
fortuna.*

*Syracusis
iectus Co-
rimbi ludæ
aperuit. Cie.
3. Tusc. 17.
stin lib. 21.
Val. lib. 6.*

*cap. 9.
Testula
conuersio.*

*Hec Doct.
Ioan. à Cha-
kier Thefan-
Pol lib. 5.*

e 18.

maximas perpetravit res, & parum absuit, quin
vniuersa vno ambitu potius sit Peloponneso
puncto temporis rursus ab omnibus excidit.

11. *Valerianus Imp.* potentiss. ab hoste Persa in-
terceptus, 15. annos ignominiosam seruitute
uitutem, adeò vt quoties equum Rex confite-
ret, non manu Valeriani, sed dorso ipsius proci-
bentis adiuuaretur, *Aurel. Vict.* Idem tradit Hi-
lip. Leonizer (*lib. 1. de Turc. orig.*) de Barac, et
Turcarum Principe, nisi quòd hic, quo magis de-
spicati haberetur, catenis vinculis aureis a To-
merlano Tartarorum Rege micis sub eius me-
sa, quòd famem sedaret, colligere cogebatur.

12. *Pompeium Magnum* Aegyptiorum spoliis
turpiter trucidà ut, nec satis fuit ad mortem
egisse, nisi & caput eius, quod paulo ante genit
terror exstiterat, socero (hosti) dono daretur. *Lu-
Plut. Dio.*

13. *Julius Caesar*, præter omnium expectatio-

23. vulneribus confoditur, vel à suis necessariis
vel fidissimis amicis, atque id frequenti Sena-
quo in loco singulorum ora & oculos in se du-
tem conuertebat. Rectè Ausonius:

Si fortuna iuuat, caueo tolli:

Si fortuna tonat, caueo mergi.

14. Ab Augusto Cæsare vsque ad Constantinum
Magnum, curriculo 300. vel circiter annorum,
numerantur Imperatores 43. qui violenta morte
occubuerunt, vt non sit mirum, si Diocletianus,
alijque, fortunæ mobilitatem considerantes, in-
perio sese abdicarint, & in priuatam vitam de-
cesserint. Rarè enim (inquit Pompon. Latas) im-
manent vsq; ad exitum successus, & si primo Au-
gusto fuisse videantur, tamen & acceptæ in Ge-
maxi

mania clades, & domesticæ libidines (filiarum,) hominis felicitatem turbauere; &, quod minus fieri debuit, Livia vxor yenenatas porrexit ficos, vt cunctantem in sene animam citius educeret.

15. *AMAN* apud *Assuerum* Regem *Persarum* tanta pollebat gratia & auctoritate, vt solus ab *Regina Hester* cum Rege ad conuiuium inuitaretur, de quo etiam apud suos magnificè gloriabatur. Verùm quo die in conuiuio exceptus fuit, eodem strangulatus perijt, etiam iubente Rege, cui intimus erat, etiam in gratiam *Reginæ*, quæ inuitauerat, etiam in eodem patibulo, quod *Mardocheus* parauerat. *Hester 17.*

16. *Holofernes* *Assyr.* Dux, quæ se nocte beatiss. putabat, & post uicundissimas epulas concupitis amoribus frui sperabat, & *Bethulæ* ciuitatem, quam diu obsederat, iam iam in manus suas deendam non dubitabat, ea nocte ab inermi muliere capite abscissu interijt, totumque cum vitæ exercitum amisit. *Idith 13.*

17. *Balthasar* nihil tali suspicatus, vna nocte & vita & regno exutusuit. *Dan. 5.* & idem *Assue-*ro accidisset, nisi coniurationem ministrorum *Mardocheus* detaxisset. *Hester 2.*

18. *Galliæ* Reges *Chilpericus* & *Ludouicus* à subditis regno pulsi sunt. *Franciscus 1.* post tot insignes victorias tandem victus capitur: *Henricus III.* à *Monacho* trucidur: *Henricus IV.* à *scurra*, in medijs vijs, in ipso ipite vrbium *Lutetia*, ipso triumpho, aut cert sequenti inaugurationis *Reginæ* die confoditur Anno 1610. 14. Maij.

19. *Henricus IV.* *Impexagies* cum hoste dimicasse dicitur, & tamen est decursos amplissimos honores, tandem ab ipio filio in vincula conijctus,

ijcitur, nec soluitur dum anima solueretur vit-
culis seruitutis humanæ. *Ex Annal. Germ.*

20. In *Gallia Richardus* Principis Gallens &
lius, cum tanto honore affectus fuisset, quanto
ante illum in Anglia nullus, in senectute ab-
ste captus, miser & egenus reliquum vite
tium traduxit. *Polyd. Virg.*

21. *Christiernus Rex Dania*, rerum gestarum
gloria florens, tandem regno exiuit, & in capti-
uitate moritur. *Idem.*

22. *Amurathes* Turcarum Imp. dixit: Omnia
bi licere statuit stolidam mortalium temerem,
ubi semel aliquo secundarum rerum incremen-
to delinitus est animus: inde vix sui compa-
mens, & presentis iam impatiens fortuna,
modò hac, modò illac pererans, otia ali-
rum turbat, & pro libidine aucupatur bellis,
donec miserrimo tandem xitu inanum lan-
cogitationum poenas. *Videle Cruel. & Thea-
hist.* Rectè ergo *Syr. cap. 1. Multi Tyranni sedit-
runt in Throno, & insuspirabilis portant diadema,*
&c. & *Dauid Psal. 36. Idi impij, &c. Magna*
Rex Oedipus, à scepro deolutus ad sarcophagi-
ait apud Eurip. Ego, qui exellui omnes Reges
piencia, nunc quid sum, nisi uanesens umbra,
sadauer, vel volatile somnum?

Fortuna cum ridet, sæpis in præcordijs ven-
nù gerit: vitrea enim est, frangitur, cum splen-
det, seu, cum omnia proerè ac felicitè
succedere, & euenire dentur. Calamitas
flagrum, quo pellimur a officium; & ipse
nasses exclamat in vindis: *Miserere, &c. (*
Par. 33.) Cæterum in ras prosperis, in pac-
in plenitudine panis, in Iobi filijs (cap. 1.)

impini & incauti, sed periculosè ludimus.

11. *Gilimer, Rex Vandalorum* in Africa, diu felix fuerat, opes, terrasque victorijs quæsierat, vertit se fortuna, & Belisarius, à Iustiniano Imp. missus, cum exigua manu hominem evertit. Acie victus, fugit in Numidia: excelsum montem Popum, atque illic obsidione aliquamdiu tolerata, desperans ad Pharum misit, qui mandato Belisarij obsidebat, actum super deditione, simulque petiit panem sibi mitti, spongiam, & citharam. Panem fami releuandæ, spongiam siccandis oculis, citharam leniendo animo. Dedit ea Pharus, & mox sese Gilimer, qui ad Belisarium deductus, nil nisi risit. Desipere eum è claudibus homines censebant, sed vera sapientia incerta ætæ, rerum vsu edoctus, ridebat, & hinc in triumpho cum per pompam Bizantij ad Iustinianum in sublimi solio sedentem esset adductus, dixit *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Multa similia exempla habet Simon Maiolus, in *diebus Cantic. Tom. 4. Colloq. 1. de ludibris fortuna.*

SIGNVM LXXII.

FRUGALM, SEV TEMPERAN-
tem, & solum esse circa alimenta.

Frugalem esse.

1. *Gestius Re*, quod ad corporis curam attingebat, nulla in re melius habebat, quam hi, quibuscû viueat; à saturitate quidè & crapula in totû abstinet; somno verò sic utebatur, non ut ille dominaretur, sed ut seruiret negotijs: aduersus æstum vero & frigus sic erat instructus, ut qua-